



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

LXXV. Markgraf Woldemar erläßt den Lehngüter besitzenden Bürgern Stendals für sich und seinen Nachfolger die Lehnbede, am 11. Juni 1310.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

LXXV. Markgraf Woldemar erläßt den Lehngüter besitzenden Bürgern Stendals für sich und seinen Nachfolger die Lehnbede, am 11. Juni 1310.

Vt res geste habeantur in memoria sempiterna, necessaria est ipsarum descriptio, ne posteris, oblivione moti, denegare valeant maturo priorum consilio stabilita. Ea propter nos Woldemarus, Dei gracia Brandenburgensis, Lufacie et de Landesberch Marchio, tutorque inclyti Johannis, de Brandenburch Marchionis, univrsis civibus civitatis Stendal bona pheodalia actu habentibus, vel procedente tempore de nostra collacione habituris, talium bonorum pheodaliu precariam ex nunc de nostra libera voluntate dimisimus et in perpetuum per presentes literas simpliciter relaxamus, ita sane, quod dictos cives univrsos ac singulos nos vel heredes aut successores nostri, et precipue dictus Marchio Johannes, cujus tutelam gerimus, perpetuo a solucione talis pheodalis precarie liberos esse velimus, ut premititur, et exemptos penitus absque dolo. Idem quoque Marchio Johannes hujusmodi relaxacionem, si nos sine heredibus, quod absit, mori contigerit, de vigore presentis pagine suis confirmabit literis, gratum habiturus et ratum omnino, cum ad annos pervenerit etati legitime deputatos, id est, cum compleverit duodecimum annum suo cursu. Quod quidem eo in termino implere, si Deo concedente vivemus, efficiemus et procurabimus cum effectu. Quilibet vero civium dictorum in hujus nostre indulcionis recompensam nobis de quolibet frusto reddituum pheodali, quod a nobis in pheodo tenet, tres fertones Brandenburgensis argenti et ponderis plene in numerata pecunia erogavit, de quibus quemlibet eorum quitum et liberum omnino dicimus literas per presentes, quas in premissorum omnium evidens testimonium ipsis civibus de nostro consensu et certa sciencia tradidimus nostri sigilli munimine roboratas, aliis nichilominus omnibus ipsis ante a nostris ac nostrorum progenitorum literis indultis permanentibus salvis in suo robore penitus et illeis, quod non solum a nobis, verum eciam a nostris heredibus vel successoribus jugiter volumus inviolabiliter observari. Testes autem hujus rei sunt illustris Albertus de Anhalt, Comes, postier sororius, Henricus et Ghevehardus de Aluensleue, Nicolaus et Bernardus de Buck, officiales nostre curie, Droyfeko de Crochere, Henricus de Rochowe et Gherardus de Kerkowe, milites, et quam plures alii fidei testimonio decorati. Actum et Datum Tangermundis, Anno Domini M^o. CCC^o. X^o., in die beati Barnabe Apostoli.

Nach dem Original des Stendalschen Rathsarchives No. 44.

LXXVI. Privilegium des Raths zu Stendal für die Gilde der Kürschner, vom 25. Februar 1312, erneuet am 1. August 1449.

In dem name de heilighen vnde vndeyliken drieualdicheit etc. — Wy Radmanne to Stendall Begheren wittike to synde — Dat wy met guden vorrade vnde sulborde vnser kloeksten vnde wifesten Borghere Vnfen leuen medeborghern die kossenwrechtere este Pelzere sint genommet, — eyne Broderfchopp, geheiten eyne jninghe, gegheuen hebben met sodanem rechte, alle